

LIBER GENESIS 19,1-38 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

**Einkehr bei Lot / Lot und die Sodomiter / Lots Verwandte /
Flucht aus Sodom / Die Zerstörung – Lots Weib / Lots Töchter**

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

01 Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere, & sedente Lot in foribus
civitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit, & ivit obviam eis: adoravitque

pronus in terram.

Et venerunt duo Angeli in Sedom in vesperam, & Loth sedens in Porta Sedom. Et vidit Loth, & surrexit in occursum eorum, & incurvavit se in faciem super terram.

(I) Venerunt autem duo angeli in Sodoma(m) ad vesperam Loth autem sedebat ad portam Sodomorum (E) et ut vidit Lot exsurrexit obviam illis et adoravit in faciem in terra(m).

(H) Veneruntque duo angeli Sodomam vespere sedente Loth in foribus civitatis qui cum vidisset surrexit et ivit obviam eis adoravitque pronus in terra.

Veneruntque duo angeli Sodomam vespere, sedente Lot in foribus civitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit et ivit obviam eis adoravitque pronus in terram.

Und es kamen die beiden Boten nach Sodom am Abend – Lot aber saß am Tore von Sodom – und Lot sah und stand auf, ihnen entgegen, und neigte sich mit dem Antlitz zur Erde.

Die zwei Boten kamen nach Sodom am Abend. Lot aber saß eben im Tore von Sodom. Lot sah auf, erhob sich ihnen entgegen und verneigte sich, Stirn zur Erde.

02 Et dixit: Obsecro, domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi:

Lavate pedes vestros, & mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt:

Minime, sed in platea manebimus.

Et dixit: Ecce nunc Domini mei, declinate nunc ad domum servi vestri, &

pernoctate, & lavate pedes vestros, & mane surgetis & ibitis in viam vestram. Et dixerunt: Nequaquam, quia in platea pernoctabimus.

(E) Et dixit ecce domini divertite in domum pueri vestri

(H) Et dixit obsecro domini declinate in domum pueri vestri

et manete ibi lavate pedes vestros et mane proficiscimini in viam vestram

(I) qui dicebant in platea manebimus.

(H) qui dixerunt minime sed in platea manebimus.

Et dixit: “Obsecro, domini mei, declinate in domum pueri vestri et pernoctate; lavate pedes vestros et mane proficiscimini in viam vestram”. Qui dixerunt: “Minime, sed in platea pernoctabimus.”

Und er sprach: Siehe da, meine Herren! Tretet doch ab in das Haus eures Knechtes und bleibt zur Nacht und waschet die Füße und erhebt euch des Morgens und gehet eures Weges! Aber sie sprachen: Nein, sondern auf dem Platze wollen wir zur Nacht bleiben.

Und sprach: Wohlan doch, meine Herrn, biegt doch ab ins Haus eures Knechts, nächtigt, badet eure Füße, frühmorgens mögt ihr eures Weges gehen. Sie sprachen: Nein, sondern auf der Straße nächtigen wir.

03 Compulit illos oppido ut diverterent ad eum: ingressisque domum illius fecit Convivium, & coxit azyma & comederunt.

Et vim fecit in eos valde, & declinaverunt ad eam, & venerunt ad domum eius & fecit eis convivium & infermentata coxit, & comederunt.

(I) Et coegit illos et deverterunt ad eum.

(H) Compulit illos oppido ut deverterent ad eum ingressisque domum illius

fecit convivium coxit azyma et comederunt.

Compulit illos oppido, et diverterunt ad eum. Ingressisque domum illius fecit convivium et coxit azyma, et comederunt.

Aber er drang sehr in sie, und so traten sie zu ihm und kamen in sein Haus, und er machte ihnen ein Mahl, ungesäuerte Brote buk er, und sie aßen.

Er aber drang heftig in sie, so bogen sie zu ihm ab und kamen in sein Haus. Er machte ihnen ein Trinkmah, buk Fladen, und sie aßen.

04 Prius autem quam irent cubitum, viri civitatis vallaverunt domum a puero usque ad senem, omnis populus simul.

Antequam cubassent & viri civitatis viri Sedom gyrarunt super domum a puero & usque ad senem, omnis populus ab extremo.

(M) Viri autem civitatis Sodomorum circumdederunt domum ab infante usque ad senem totus populus pariter.

(H) Prius autem qua mirent cubitum viri civitatis vallaverunt domum a puero usque ad senem omnis populus simul.

Prius autem quam irent cubitum, viri civitatis, viri Sodomae, vallaverunt domum a iuvene usque ad senem, omnis populus simul.

Noch hatten die Männer sich nicht niedergelegt, da umringten die Leute der Stadt, die Leute von Sodom, das Haus, von Jung bis Alt, die ganze Stadt vom Ende her.

Kaum dass sie sich legen wollten, hatten die Männer der Stadt, die Männer von Sodom, das Haus umringt, vom Knaben zum Alten, alles

Volk bis vom Ende her.

05 Vocaveruntque Lot, & dixerunt ei: Ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte?

Educ illos huc, ut cognoscamus eos.

Et vocaverunt ad Loth, & dixerunt ei: Ubi viri qui venerunt ad te nocte?

Educ eos ad nos, & cognoscemus eos.

(H) Vocaveruntque Loth et dixerunt ei ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte (E) Educ illos ad nos ut coitum faciamus cum eis.

(H) Educ illos huc ut cognoscamus eos.

Vocaveruntque Lot et dixerunt ei: “Ubi sunt viri, qui introierunt ad te nocte? Educ illos ad nos, ut cognoscamus eos.”

Und sie riefen Lot und sprachen zu ihm: Wo sind die Männer, die zur Nacht zu dir gekommen sind? Bring sie uns heraus, dass wir sie erkennen!

Die riefen nach Lot und sprachen zu ihm: Wo sind die Männer, die die Nacht zu dir kamen? Gib sie uns heraus, wir wollen sie erkennen!

06 Egressus ad eos Lot, post tergum occludens ostium, ait:

Et egressus est ad eos Loth ad ianuam, & portam clausit post se. Et dixit:

(S) Exivit autem ad eos Lot ad posticum et ostium clusit post se.

(H) Egressus ad eos Loth post tergum adcludens ostium.

Egressus ad eos Lot post tergum occludens ostium ait:

Da ging Lot zu ihnen an den Eingang hinaus, während er die Tür hinter sich zuschloss, und sprach:

Lot begab sich zu ihnen hinaus an den Einlass, die Tür verschloss er hinter sich und sprach:

07 Nolite, quaeso, fratres mei, nolite malum hoc facere.

Ne nunc fratres mei malefaciatis.

(S) Et dixit eis nolite fratres nolite malefacere viris.

(H) Ait nolite quaeso fratres mei nolite malum hoc facere.

“Nolite, quaeso, fratres mei, nolite malum hoc facere.

Nicht doch, meine Brüder, tut nicht Schlimmes!

Übt doch nimmer Arges, meine Brüder!

08 Habeo duas filias, quae necdum cognoverunt virum, educam eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub umbra culminis mei.

Ecce nunc mihi duae filiae quae non cognoverunt virum, educam nunc eas ad vos, & facite eis sicut bonum in oculis vestris, tantum viris istis ne faciatis rem, quia propterea venerunt in umbra tigni mei.

(E) Sunt autem mihi duae filiae quae (S) nesciunt virum educam eas ad vos

et (I) non cognoverunt virum (A) producam illas ad vos et

(S) utimini eis sicut vobis placuerit tantum in istos viros nollite facere

(I) utimini eis quomodo placuerit vobis tantum in viros istos ne faciatis

(S) iniuste propter quod introierunt sub tecto tignorum meorum.

(I) iniquum (A) propterea quia intraverunt sub tectum tignorum meorum.

(H) Habeo duas filias quae necdum cognoverunt virum educam eas ad vos et abutimini eis sicut placuerit vobis dummodo viris istis nihil faciatis mali quia ingressi sunt sub umbraculum tegminis mei.

Ecce, habeo duas filias, quae necdum cognoverunt virum; educam eas ad vos, et facite eis sicut placuerit vobis, dummodo viris istis nihil faciatis; ideo enim ingressi sunt sub umbra tecti mei.”

Seht da, ich habe zwei Töchter, die noch keinen Mann erkannt haben, ich will sie ja zu euch hinausbringen, und tut ihnen, wie es euch gut dünkt. Aber diesen Männern tut nichts, denn sie sind nun einmal in den Schatten meines Balkens [Dachs] gekommen.

Da, ich habe doch zwei Töchter, die noch keinen Mann kennen, die gebe ich euch doch heraus, tut an ihnen, was euren Augen gedünkt. Nur diesen Männern tut nichts, denn warum sonst wären sie unter den Schatten meines Gebälks gekommen!

09 At illi dixerunt: Recede illuc. Et rursus: Ingressus est, inquiunt, ut advena; numquid ut iudices? Te ergo ipsum magis quam hos affligemus. Vimque faciebant Lot vehementissime: Iamque prope erat, ut effringerent fores. *Et dixerunt: Accede ultra. Et dixerunt: Unus venit ad peregrinandum, & iudicavit iudicando? Nunc malefaciemus tibi prae ipsis. & vim fecerunt in virum in Loth valde, & appropinquarunt ad frangendum ianuam.*

(S) Dixerunt autem recede illuc et dixerunt intrasti ut inhabites non ut et iudices nunc ergo te nocebimus magis quam illos et inruebant in virum Lot vehementer et accesserunt confringere ostium.

(I) Habitare venisti an (non tamen) et iudicium iudicare

(H) At illi dixerunt recede illuc et rursus ingressus es inquit ut advena numquid ut iudices te ergo ipsum magis quam hos adfligemus vimque faciebant Loth vehementissime iam prope erat ut refringerent fores.

At illi dixerunt: “Recede illuc”. Et rursus: “Unus ingressus est, inquit, ut advena et vult iudicare? Te ergo ipsum magis quam hos affligemus.”

Vimque faciebant Lot vehementissime, iamque prope erat, ut effringerent fores.

Aber sie sprachen: Scher dich fort! Und sie sprachen: Da ist einer gekommen, ein Ger zu sein und richtet – richtet! – nun! Jetzt wollen wir dir noch schlimmer tun als ihnen. Und sie drangen auf den Mann, auf Lot, ein und traten hinzu, die Tür zu erbrechen.

Sie aber sprachen: Tritt beiseit! Und sprachen: Kam da der eine zu gasten und will nun rechten und richten?! An dir üben wir nun noch Ärgres als an ihnen. Sie drangen heftig gegen den Mann, gegen Lot, ein und traten herzu, die Tür aufzubrechen.

10 Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clausuruntque ostium.

Et miserunt viri manum suam, & introduxerunt Loth ad se in domum, & ianuam clausurunt.

(S) Extendentes autem viri manus adtraxerunt Lot ad se in domum et ostium

(S) domus cluserunt.

(H) Et ecce miserunt manum viri et introduxerunt ad se Loth cluseruntque

(H) ostium.

Et ecce miserunt manum viri et introduxerunt ad se Lot cluseruntque ostium.

Da streckten die Männer ihre Hand aus und brachten Lot zu sich ins Haus, und die Türe schlossen sie ab.

Aber die Männer schickten ihre Hand aus, bekamen Lot zu sich ins Haus, und die Tür verschlossen sie.

11 Et eos, qui foris erant, percusserunt caecitate a minimo usque ad maximum; ita ut ostium invenire non possent.

Et viros qui ostio domus, percusserunt caecitatibus a minimo & usque ad maximum, & laboraverunt ad inveniendum ostium.

(E) Viros autem qui erant ad ostium domus percusserunt orbitate a minimo usque ad maximum et defecerunt quaerentes ostium.

(H) Et eos qui erant foris percusserunt caecitate a minimo usque ad maximum ita ut ostium invenire non possent.

Et eos, qui foris erant, percusserunt caecitate a minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent.

Die Männer aber, die am Eingang des Hauses, schlugen sie mit Blendung von Klein bis Groß, und sie ermüdeten, den Eingang zu finden.

Und die Männer, die am Einlass des Hauses waren, vom Kleinsten bis

zum Größten, schlugen sie mit Blendung, die ermüdeten sich, den Einlass zu finden.

12 Dixerunt autem ad Lot: Habes hic quempiam tuorum? Generum, aut filios, aut filias; omnes qui tui sunt, educ de urbe hac.

Et dixerunt viri ad Loth: Adhuc quis tibi hic? Generum, & filios tuos, & filias tuas, & omnia quae tibi in civitate, educ de loco.

(E) Dixerunt autem viri ad Lot sunt tibi generi aut filii aut filiae aut si quis

(S) est tibi alius in civitate educ eos de hoc loco.

(A) tibi alius est in civitate educ de loco hoc.

(H) Dixerunt autem ad Loth habes hic tuorum quempiam generum aut filios aut filias omnes qui tui sunt educ de urbe hac.

Dixerunt autem viri ad Lot: “Habes hic quempiam tuorum? Generum et filios et filias et omnes, qui tui sunt in urbe, educ de loco hoc:

Und die Männer sprachen zu Lot: Wer von dir ist hier noch?

Schwiegersohn und deine Söhne und deine Töchter und alles, was in der Stadt zu dir gehört – führe es aus dem Orte!

Die Männer sprachen zu Lot: Hast du wen noch hier, einen Eidam, Söhne, Töchter? Alle, die dein sind in der Stadt, führe zum Ort hinaus!

13 Delebimus enim locum istum, eo quod increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos ut perdamus illos.

Quia disperdentes nos locum hunc, quia crevit clamor eorum coram Domino, & misit nos Dominus ad perdendum eum.

(S) Quia nos perdimus locum istum quoniam (A) quia (E) exaltatus est clamor eorum ante deum et misit nos dominus contereere eos.

(H) Delebimus enim locum istum eo quod increverit clamor eorum coram domino qui misit nos ut perdamus illos.

Delebimus enim locum istum, eo quod increverit clamor contra eos coram Domino, qui misit nos, ut perdamus eam.”

Denn wir zerstören diesen Ort, denn groß ist ihr Geschrei vor *IHM*, und er hat uns gesandt, sie zu zerstören.

Denn wir sind daran, diesen Ort zu verderben, denn der Klageschrei über sie wuchs groß vor *I h m*, und *E r* schickte uns, sie zu verderben.

14 Egressus itaque Lot, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius & dixit: Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit Dominus civitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui.

Et egressus est Loth, & locutus est ad generos suos, accipientes filias suas, &

Dixit: Surgite, egredimini de loco isto, quia disperdens Dominus civitatem.

Et fuit sicut ludens in oculis generorum suorum.

(S) Exiit autem Lot (E) et locutus est ad generos suos qui acceperant filias eius et dixit surgite et exite de hoc loco quia dominus conteriturus est civitatem (S) putabat autem se derideri coram generis suis.

(H) Egressus itaque Loth locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius et dixit surgite egredimini de loco isto quia delebit dominus civitatem hanc et visus est eis quasi ludens loqui.

Egressus itaque Lot locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias

eius, et dixit: “Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit Dominus civitatem.” Et visus est eis quasi ludens loqui.

Und Lot ging hinaus und redete zu seinen Schwiegersöhnen, die seine Töchter genommen hatten, und sprach zu ihnen: Auf! Geht aus diesem Orte hinaus, denn ER zerstört die Stadt. Da war er wie ein Scherzender in den Augen seiner Schwiegersöhne.

Lot begab sich hinaus und redete zu seinen Eidamen, die seine Töchter genommen hatten, sprechend: Auf, hinaus aus diesem Ort, denn verderben will ER die Stadt! Aber er war in den Augen seiner Eidame wie einer, der Scherz treibt.

15 Cumque esset mane, cogeabant eum Angeli, dicentes: Surge, tolle uxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere civitatis. *Et cum ipsa aurora ascedisset, & vim faciebant Angeli in Loth dicendo: Surge, cape uxorem tuam, & duas filias tuas, inventas, ne forte consumaris in inaequitate civitatis.*

(S) Sed posteaquam lux facta est stabant angeli ad Lot dicentes surge et accipe uxorem tuam et duas filias quas habes et exi ne et tu simul pereas cum iniquitatibus civitatis huius.

(H) Cumque esset mane cogeabant eum angeli dicentes surge et tolle uxorem tuam et duas filias quas habes et ne et tu pariter pereas in scelere civitatis huius.

Cumque esset mane, cogeabant eum angeli dicentes: “Surge, tolle uxorem tuam et duas filias, quas habes hic, ne pereas in scelere civitatis”.

Und da eben die Morgenröte aufstieg, trieben die Boten den Lot an, indem sie sagten: Auf! Nimm dein Weib und deine beiden Töchter, die sich vorfinden, dass du nicht hingerafft werdest um die Schuld der Stadt!

Wie nun das Morgengrauen aufstieg, bestürmten die Boten Lot, sprechend: Auf, nimm dein Weib und deine zwei Töchter, die sich da befinden, sonst wirst du mitgerafft in der Verfehlung der Stadt!

16 Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum uxoris, ac duarum filiarum eius, eo quod parceret Dominus illi.

Et tardabat, & apprehenderunt viri manum eius, & manum uxoris eius, & manum duarum filiarum eius, in indulgentia Domini super eum.

(S) Et turbatus est (E) Et tenuerunt angeli manus eius et manus uxoris eius et manus duarum filiarum eius dum parceret dominus deus eis.

(H) Dissimulante eo adprehenderunt manum eius et manum uxoris ac duarum filiarum eius eo quod parceret dominus illi.

Tardante illo, apprehenderunt viri manum eius et manum uxoris ac duarum filiarum eius, eo quod parceret Dominus illi.

Und da er zögerte, fassten die Männer ihn und sein Weib und seine beiden Töchter an der Hand – im Erbarmen Gottes über ihn – und führten ihn hinaus und setzten ihn außerhalb der Stadt ab.

Er zauderte noch, aber die Männer fassten seine Hand, die Hand seines Weibs und die Hand seiner zwei Töchter, weil I h n sein dauerte, sie führten ihn weg und ließen ihn draußen vor der Stadt los.

17 Eduxeruntque eum, & posuerunt extra civitatem: ibique locuti sunt ad eum, dicentes: Salva animam tuam; noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione; sed in monte salvum te fac, ne & tu simul pereas.

& eduxerunt eum, & posuerunt eum extra urbem. Et fuit eum illi educerent eos foras, & dixit: Erue te in anima tua, ne respicias post te, & ne stes in omni planicie, ad montem erue te, ne forte pereas.

(E) Et factum est (C) postquam eiecerunt eos foras dixerunt servans serva animam tuam et noli respicere post te

(A) Mox ut eduxerunt illum foras et dixerunt salvam fac animam tuam ne respexeris retro

(E) Et factum est (S) postquam duxerunt eum foras et dixerunt (E) salvans salva animam tuam ne respexeris retro

(S) neque stes in hac universa regione sed in monte(m) vade et tibi salvaberis ne forte conpraehendaris.

(I) nec steteris in tota regione in monte(m) salvum te fac ne forte conpraehendaris.

(H) Et eduxerunt eum posueruntque extra civitatem ibi locutus est deum (dicentes) salva animam tuam noli respicere post tergum ne stes in omni circa regione sed in monte salvum te fac ne et tu simul pereas.

Et eduxerunt eum posueruntque extra civitatem. Ibi locutus est:

“Salvare, agitur de vita tua; noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione; sed in monte salvum te fac, ne pereas”.

Und es geschah, nachdem er sie nach draußen geführt hatte, sprach er:

Rette dich, es gilt dein Leben! Blicke nicht hinter dich und bleibe nicht stehen im ganzen Kikkar, auf den Berg rette dich, dass du nicht hinweggerafft werdest.

Wie sie nun sie hinausgeführt hatten, sprach einer: Rette dich, es ist um dich selber, blick' nimmer hinter dich, bleib' in all dem Gau nimmer stehn, rette dich ins Gebirg, sonst wirst du gerafft!

18 Dixitque Lot ad eos: Quaeso, Domine mi.

Et dixit Loth ad eos: Ne nunc domini mei.

(S) Dixit autem Lot ad eos rogo domine.

(A) Dixit autem Loth ad illos oro domine.

(H) Dixitque Loth ad eos quaeso domine mi.

Dixitque Lot ad eos: “Non, quaeso, Domine.”

Da sprach Lot zu ihnen: Nicht doch, o Herr!

Lot sprach zu ihnen: Nicht doch, mein Herr!

19 Quia invenit servus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum, ut salvares animam meam, nec possum in monte salvari, ne forte apprehendat me malum, & moriar.

Ecce nunc invenit servus tuus gratiam in oculis tuis, & magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mecum, ad vivificandum animam meam. Et ego non potero me liberare ad montem, ne forte haereat mihi malum, & moriar.

(S) Quoniam invenit puer tuus ante te misericordiam (E) et magnificasti

iustitiam tuam quam facis in me ut vivat anima mea ego autem non potero
salvari in monte(m) ne conpraehendant me mala et moriar.

(A) Quia invenit puer tuus misericordiam ante te (E) et magnificasti

(H) Quia invenit servus tuus gratiam coram te et magnificasti misericordiam
tuam quam fecisti mecum ut salvares animam meam nec possum in monte
salvari ne forte adprehendat me malum et moriar.

**Ecce invenit servus tuus gratiam coram te, et magnificasti misericordiam
tuam, quam fecisti mecum, ut salvares animam meam; nec possum in
monte salvari, ne forte apprehendat me malum et moriar.**

**Sieh´ doch, dein Knecht hat Gunst in deinen Augen gefunden, und du
machst groß deine Huld, die du mir erwiesen hast, mich am Leben zu
erhalten – ich kann mich nicht auf den Berg retten, es würde mich das
Schlimmste treffen, und ich stürbe.**

**Wohlan, dein Knecht hat doch Gunst in deinen Augen gefunden,
großgemacht hast du deine Huld, die du an mir tatest, mich selber am
Leben zu halten – aber ich, nicht vermag ich mich ins Gebirg zu retten,
anheften möchte sich mir sonst das Arge, dass ich sterbe.**

20 Est civitas haec iuxta, ad quam possum fugere, parva, & salvabor in ea;
numquid non modica est, & vivet anima mea?

*Ecce nunc civitas ista propinqua ad fugiendum illuc, & ipsa parva, eruam
me nunc illuc. Numquid non parva ipsa? Et vivet anima mea.*

(E) Ecce civitas haec iuxta est ut refugiam illic quae est pusilla ibi salvabor
quae est minima (S) et vivet anima mea.

(H) Est civitas haec iuxta ad quam possum fugere parva et salvabor in ea numquid non modica est et vivet anima mea.

Ecce, civitas haec iuxta, ad quam possum fugere, parva, et salvabor in ea numquid non modica est? Et vivet anima mea”.

Sieh´ doch, diese Stadt ist nahe, dorthin zu fliehen, ist sie denn nicht bloß ein Örtchen, ich möchte mich doch dorthin retten, ist sie denn nicht ein Örtchen, dass meine Seele lebe?

Wohl, diese Stadt da ist doch nah genug, dorthin zu fliehn, und so winzig klein ist sie, dass ich mich dorthin doch retten darf – ist sie nicht winzig klein? – und selber am Leben bleibe!

21 Dixitque ad eum: Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem pro qua locutus es.

Et dixit ad eum: Ecce suscepi faciem tuam, etiam in verbo hoc, ut non subvertam civitatem quam locutus es.

(E) Et dixit ei ecce miratus sum faciem tuam et super hoc verbum ne deileam civitatem pro qua locutus es.

(H) Dixitque ad eum ecce etiam in hoc suscepi preces tuas ut non subvertam urbem pro qua locutus es.

Dixitque ad eum: “Ecce, etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem, pro qua locutus es.

Er antwortete ihm: Siehe, ich nehme auch darin auf dich Rücksicht, dass ich die Stadt nicht umkehre, von der du geredet.

Er sprach zu ihm: Wohl, auch darin achte ich dein, unumgestürzt zu

lassen die Stadt, von der du redest.

22 Festina & salvare ibi, quia non potero facere quidquam donec ingrediaris
illuc. Idcirco vocatum est nomen urbis illius, Segor.

*Festina erue te illuc, quia non potero ad faciendum rem, usque ad ingredi
tuum illuc idcirco vocavit nomen civitatis Sohar.*

(E) Festina ergo ut salvus sis ibi non enim potero facere rem donec tu intres
illic (S) propter hoc vocavit nomen civitatis Segor.

(H) Festina et salvare ibi quia non potero facere quicquam donec ingrediaris
illuc idcirco vocatum est nomen urbis illius Segor.

**Festina et salvare ibi, quia non potero facere quidquam, donec
ingrediaris illuc.” Idcirco vocatum est nomen urbis illius Segor.**

**Eile, rette dich dorthin, denn ich kann nichts tun, bis du dorthin
gekommen bist. Darum nennt man den Namen der Stadt Zoar.**

**Eile, rette dich dorthin, denn ich vermag nichts zu tun, eh du dort
hineinkamst. Darum ruft man den Namen der Stadt: Zoar, Winzig.**

23 Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est Segor.

Sol egressus est super terram, & Loth ingressus est Sohar.

(L) Sol (ex)ortus est super terram et Lot intravit in Segor.

(H) Sol egressus est super terram et Loth ingressus est in Segor.

Sol egressus est super terram, et Lot ingressus est Segor.

**Die Sonne war über die Erde aufgegangen, als Lot nach Zoar
gekommen war.**

Die Sonne fuhr aus über die Erde, und Lot kam nach Zoar.

24 Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham, sulphur & ignem, a Domino de coelo.

Et Deus pluere fecit super Sedom, & super Hamorah sulphur & ignem, de Domino e coelis.

(L) Et dominus pluit super Sodoma(m) et Gomorra(m) sulphur et ignem e caelo a domino.

(H) Igitur dominus pluit super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem a domino de caelo.

Igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem a Domino de caelo.

ER aber ließ über Sodom und Gomorra Schwefel und Feuer regnen – von IHM, vom Himmel.

E r aber ließ auf Sodom und auf Gomorra Schwefel und Feuer regnen, von I h m her, vom Himmel.

25 Et subvertit civitates has, & omnem circa regionem; universos habitatores urbium, & cuncta terrae virentia.

Et subvertit civitates istas, & omnem planiciem, & omnes habitatores urbium & germen terrae.

(E) Et civitates illas evertit (S) et omnem regionem et omnes inhabitantes in civitatibus et quae nascebantur de terra.

(H) Et subvertit civitates has et omnem circa regionem et universos

habitatores urbium et cuncta terrae virentia.

Et subvertit civitates has et omnem circa regionem, universos

habitatores urbium et cuncta terrae virentia.

**Und er kehrte diese Städte um und den ganzen Kikkar und alle
Bewohner der Städte und den Wuchs der Scholle.**

**Umstürzte er diese Städte und all den Gau, alle Insassen der Städte und
das Gewächs des Ackers.**

26 Respiciensque uxor eius post se, versa est in statuam salis.

Et respexit uxor eius post eum, & fuit statua salis.

(E) Et respexit uxor illius retro et facta est columna salis.

(H) Respiciensque uxor eius post se versa est in statuam salis.

Respiciensque uxor eius post se versa est in statuam salis.

Da blickte sein Weib hinter ihm und ward zu einer Salzsäule.

Sein Weib blickte sich hinter ihm um und ward eine Salzsäule.

27 Abraham autem consurgens mane, ubi steterat prius cum Domino.

*Et manicavit Abraham in matutino ad locum, quo steterat ibi coram
Domino.*

(S) Mane autem vigilavit Abraham ad locum in quo steterat ante dominum.

(H) Abraham autem consurgens mane ubi steterat prius cum domino.

**Abraham autem consurgens mane venit ad locum, ubi steterat prius
cum Domino.**

Abraham aber stand am Morgen auf, zu dem Orte, wo er vor *SEINEM*

Angesicht gestanden hatte.

Frühmorgens machte Abraham sich auf an den Ort, wo er vor I h m gestanden hatte.

28 Intuitus est Sodomam & Gomorrham, & universam terram regionis illius:
viditque ascendentem favillam de terra quasi fornacis fumum.

Et respexit super faciem Sedom & Hamorah, & super omnem faciem terrae planiciei, & vidit, & ecce ascendebat fumus terrae, sicut fumus fornacis.

(S) Et respexit ad faciem Sodomorum et Gomorum et ad faciem totius regionis et vidit (E) ecce ascendebat flamma a terra sicut vapor camini.

(H) Intuitus est Sodomam et Gomorram et universam terram regionis illius viditque ascendentem favillam de terra quasi fornacis fumum.

Intuitus est Sodomam et Gomorram et universam terram regionis illius; viditque ascendentem favillam de terra quasi fornacis fumum.

Er schaute auf die Fläche von Sodom und Gomorra und auf die Fläche der ganzen Landschaft des Kikkar, und sah und siehe, auf stieg der Rauch der Landschaft wie der Rauch der Esse.

Er lugte hinab auf alle Fläche von Sodom und Gomorra und auf all die Landfläche des Gaus und sah: Da, der Qualm des Lands stieg auf wie der Qualm des Schmelzofens.

29 Cum enim subverteret Deus civitates regionis illius, recordatus Abrahae, liberavit Lot de subversione urbium in quibus habitaverat.

Et fuit in disperdendo Deus civitates planiciei, & recordatus est Deus

Abraham, & emisit Loth e medio subversionis, in subvertendo civitates, quibus habitavit in eis Loth.

(C) Cum contereret deus omnes civitates in circuitu commemoratus est deus Abrahae et emisit Loth e medio subversionis cum subverteret deus civitates in quibus habitabat in eis Loth.

(E) Et factum est (I) cum exterminaret deus civitates recordatus est deus Abraham et eiecit Lot de medio eversionis (A) cum everteret dominus civitates in quibus habitabat in eis.

(H) Cum enim subverteret deus civitates regionis illius recordatus est Abrahae et liberavit Loth de subversione urbium in quibus habitaverat.

Cum enim subverteret Deus civitates regionis illius, recordatus Abrahae liberavit Lot de subversione urbium, in quibus habitaverat.

Es geschah ferner, als Gott die Städte des Kikkar zerstört und als Gott des Abraham gedacht und den Lot aus der Mitte der Umkehrung entsendet hatte, durch die er die Städte, in denen Lot gewohnt, umkehrte.

Es war geschehen, als Gott die Städte des Gaus verdarb, Gott gedachte Abrahams und schickte Lot aus dem Sturz, als er umstürzte die Städte, darin Lot siedelte.

30 Adscenditque Lot de Segor, & mansit in monte: duae quoque filiae eius cum eo; (timuerat enim manere in Segor;) & mansit in spelunca, ipse, & duae filiae eius cum eo.

Et ascendit Loth de Sohar, & habitavit in monte, & duae filiae eius cum eo,

quia timuit sedere in Sohar, & sedit in spelunca ipse & duae filiae eius.

(I) Ascendit autem Lot de Segor et sedebat in monte et duae filiae eius cum eo timuit enim habitare in Segor et habitavit in spelunca ipse et duae filiae eius.

(H) Ascenditque Loth de Segor et mansit in monte duae quoque filiae eius cum eo timuerat enim manere in Segor et mansit in spelunca ipse et duae filiae eius.

Ascenditque Lot de Segor et mansit in monte, duae quoque filiae eius cum eo; timuerat enim manere in Segor. Et mansit in spelunca ipse et duae filiae eius.

Da zog Lot von Zoar hinauf und wohnte im Gebirge, und seine beiden Töchter mit ihm, denn er fürchtete sich, in Zoar zu bleiben, und er wohnte in einer Höhle, er und seine beiden Töchter.

Lot stieg dann von Zoar weiter und saß im Gebirg, seine zwei Töchter mit ihm. Denn in Zoar zu siedeln, fürchtete er sich. So saß er in einer Höhle, er und seine zwei Töchter.

31 Dixitque maior ad minorem. Pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos iuxta morem universae terrae.

Et dixit primogenita ad minorem: Pater noster senex, & vir non in terra, ad veniendum super nos secundum viam omnis terrae.

(I) Dixit autem maior ad minorem pater noster senior est et nemo est super terram qui intret ad nos sicut convenit omni terrae.

(H) Dixitque maior ad minorem pater noster senex est et nullus virorum

remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem universae terrae.

Dixitque maior ad minorem: “Pater noster senex est, et nullus virorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos iuxta morem universae terrae.

Da sprach die ältere zur jüngeren: Unser Vater ist alt, und ein Mann ist nicht im Lande, über uns zu kommen nach der Weise aller Welt.

Die erste sprach zur Jüngern: Unser Vater ist alt, und kein Mann ist im Land, zu uns einzugehen nach der Weise alles Erlands.

32 Veni, inebriemus eum vino; dormiamusque cum eo, ut servare possimus ex patre nostro semen.

Veni propinemus(?) patri nostro vinum, & cubemus cum eo, & vivificemus de patre nostro semen.

(I) Veni et potemus patrem nostrum vino et dormiamus cum eo et suscitemus de patre nostro semen.

(H) Veni inebriemus eum vino dormiamusque cum eo ut servare possimus ex patre nostro semen.

Veni, inebriemus patrem nostrum vino dormiamusque cum eo, ut servare possimus ex patre nostro semen”.

Wohlan, lass’uns unserem Vater Wein zu trinken geben und bei ihm liegen, dass wir von unserem Vater Nachkommen zur Welt bringen!

Komm, wir wollen unsern Vater tränken mit Wein und wollen bei ihm liegen und von unserm Vater Samen beleben.

33 Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa: Et ingressa est maior, dormivitque cum patre; at ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit.

Et propinaverunt patri suo vinum in nocte ipsa, & venit primogenita, & cubavit cum patre suo, & non cognovit in accumbere eius, & in surgere eius.

(I) Et intravit maior nata et dormivit cum patre suo nocte illa et non scivit cum dormiret illa et cum surgeret.

(H) Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa et ingressa est maior dormivitque cum patre at ille non sensit nec quando accubuit filia nec quando surrexit.

Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa, et ingressa est maior dormivitque cum patre; at ille non sensit, nec quando accubuit filia nec quando surrexit.

Da gaben sie ihrem Vater diese Nacht Wein zu trinken, und die ältere kam und lag mit ihrem Vater, und er merkte nichts von ihrem Niederlegen und Aufstehen.

So tränkten sie in jener Nacht ihren Vater mit Wein, dann ging die Erste hinein und legte sich zu ihrem Vater, er aber wusste nichts, als sie sich legte, noch als sie sich erhob.

34 Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormivi heri cum patre meo; demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, ut salvemus semen de patre nostro.

Et fuit a crastino, & dixit primogenita ad minorem: Ecce cubavi nocte

praeterea cum patre meo, propinemus ei vinum etiam nocte, & ingredi cuba cum eo, & vivificemus de patre nostro semen.

(H) Altera quoque die dixit maior ad minorem ecce dormivi heri cum patre meo demus ei bibere vinum etiam hac nocte et dormies cum eo ut salvemus semen de patre nostro.

Altera quoque die dixit maior ad minorem: “Ecce, dormivi heri cum patre meo; demus ei bibere vinum etiam hac nocte, et ingressa dormies cum eo, ut salvemus semen de patre nostro”.

Und es geschah am andern Morgen, da sprach die ältere zur jüngeren: Siehe, ich habe verwichene Nacht bei meinem Vater gelegen, lass´ uns ihm auch heute Nacht Wein zu trinken geben, und komm´, liege mit ihm, so dass wir von unserem Vater Nachkommen zur Welt bringen.

Am Nachmorgen dann war´s, da sprach die Erste zur Jüngern: Wohl, gestern habe ich bei meinem Vater gelegen, wir wollen ihn auch die Nacht mit Wein tränken, dann geh´ hinein und leg´ dich zu ihm, dass wir von unserem Vater Samen beleben.

35 Dederunt etiam & illa nocte patri suo bibere vinum; ingressaque minor filia, dormivit cum eo: & ne tunc quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexerit.

Et propinaverunt etiam in nocte ipsa patri suo vinum. Et surrexit minor, & cubavit cum eo, & non cognovit in accumbere eius et in surgere eius.

(I) Et non scivit cum dormisset secum nec cum surrexisset.

(H) Dederunt et illa nocte patri vinum ingressaque minor filia dormivit cum

eo et nec tunc quidem sensit quando concubuerit vel quando illa surrexerit.

Dederunt et illa nocte patri suo bibere vinum, ingressaque minor filia dormivit cum eo; et ne tunc quidem sensit, quando illa concubuerit vel quando surrexerit.

Da gaben sie auch diese Nacht ihrem Vater Wein zu trinken, und die jüngere erhob sich und legte sich zu ihm, und er merkte nichts von ihrem Niederlegen und Aufstehen.

Sie tränkten auch in dieser Nacht ihren Vater mit Wein, dann erhob sich die jüngere und legte sich zu ihm, er aber wusste nichts, als sie sich legte, noch als sie sich erhob.

36 Conceperunt ergo duae filiae Lot de patre suo.

Et conceperunt duae filiae Loth de patre suo.

(O) Et conceperunt duae filiae Lot de patre suo.

(H) Conceperunt ergo duae filiae Loth de patre suo.

Conceperunt ergo duae filiae Lot de patre suo.

Die beiden Töchter Lots aber wurden von ihrem Vater schwanger.

Schwanger wurden beide Töchter Lots von ihrem Vater.

37 Peperitque maior filium & vocavit nomen eius Moab; ipse est pater

Moabitarum usque in praesentem diem.

Et peperit primogenita filium, & vocavit nomen eius Moab. Ipse pater Moab usque ad diem hanc.

(O) Et genuit primogenita filium et vocavit nomen eius Moab (I) hic pater est

Moabitarum usque in hodiernum diem.

(H) Peperitque maior filium et vocavit nomen eius Moab ipse est pater

Moabitarum usque in praesentem diem.

Peperitque maior filium et vocavit nomen eius Moab; ipse est pater

Moabitarum usque in praesentem diem.

Und es gebar die Ältere einen Sohn und nannte seinen Namen Moab. Er ist der Stammvater der Moabiter bis auf diesen Tag.

Die Erste gebar einen Sohn und rief seinen Namen Moab, Vaterswasser, Stammvater Moabs ist er bis heut.

38 Minor quoque peperit filium & vocavit nomen eius Ammon; id est, filius populi mei; ipse est pater Ammonitarum usque hodie.

Et minor etiam ipsa peperit filium, & vocavit nomen eius Benhammi: Ipse pater filiorum Hammon usque ad diem hanc.

(O) Et minor et ipsa peperit filium et vocavit nomen eius Ammon id est filius generis mei ipse est pater filiorum Ammon.

(H) Minor quoque peperit filium et vocavit nomen eius Ammon id est filius populi mei ipse est pater Ammonitarum usque hodie.

Minor quoque peperit filium et vocavit nomen eius Benammi (id est filius populi mei); ipse est pater Ammonitarum usque hodie.

Und die jüngere gebar gleichfalls einen Sohn und nannte seinen Namen ben Ammi. Er ist der Stammvater der bene Ammon bis auf diesen Tag.

Auch die Jünger gebar einen Sohn und rief seinen Namen Ben-Ammi, Sohn meiner Leute, Stammvater der Söhne Ammons ist der bis heut.